

functione resultat sententia et significatio vera. dum tamen sciat homo intelligere et cognoscere. Et qz sacrosancta romana ecclesia est mater omnium christianorum fidelium: et magistra gratie et fidei regula et veritatis. idcirco sue correctioni totaliter subicitur quicquid hic dicitur et continetur.

Sequitur radix: origo: principium et fundamentum istius scientie.

Titulus: i.

Quia homo naturaliter semper querit certitudinem et evidentiam claram: nec aliter quiescit nec quiescere potest: donec venerit ad ultimum gradum sue certitudinis. Verum quia certitudo et probatio suos habet gradus. et est maior et minor certitudo: maior et minor probatio.

Virtus probatiois est ex testimoniis.

Virtus autem probatiois et causa totius certitudinis oritur ex certitudine et virtute testimoniorum et testium: ex quibus dependet et causatur tota certitudo. Unde quanto magis testes sunt certi: manifesti et indubitati et veri: tanto magis est certitudo illud quod ex eis probatur. Et si testes sint ita certi et manifesti: et testimonia eorum ita manifesta ut nullo modo possit dubitari: nec nobis possint esse magis manifesta et certiora. tunc illud quod ex eis probatur: sine dubio erit nobis certissimum manifestissimum et evidenterissimum. Et quod quanto sunt testes magis extranei: distantes: elongati a re de qua dubitatur: tanto minor fidem et certitudinem generant. Quanto autem testes sunt magis vicini propinqui et intranei et indubitati: tanto maiores fidem faciunt et credulitatem. Et quia nulla res magis vicina: magis propinqua et magis intranea vel intrinseca et propria alteri est quam ipsemet sibi. Et ideo quicquid probatur de aliqua re per ipammet rem: et per naturam: propria: maxime certum est. Et cum nulla res creata sit propinquior homini quam ipsemet homo sibi. ideo quicquid probatur de homine per ipsummet hominem: et per suam propriam naturam: et per illa que sunt sibi certa. de illo maxime certum: manifestum et evidenterissimum est ipsi homini. Et ista est utilitas certitudinis et maxima credulitas quam possit causa

Testes vicini maiores fide faciunt

ri vel creari per probationem. Et ideo ipsemet homo et sua propria natura debet esse medium argumentum et testimonium ad probationem omnium de homine. scilicet que pertinent ad salutem hominis. vel ad damnationem vel felicitatem. vel ad bonum vel ad malum eius. Aliter autem homo nunquam erit utilitate certus. Necessesse est ergo quod homo cognoscat seipsum et suam naturam: si aliquid velit certissime probare de seipso: et quod homo est extra seipsum: et elongatus et distans a seipso per maximam distantiam: nec unquam habitavit in domo propria. scilicet in seipso. imo semper mansit extra domum suam et extra se. et ex eo quod ignorat seipsum. nescit seipsum. et de tanto est elongatus et distans a seipso. et tantum extra seipsum est: de quanto ignorat seipsum. et quod totaliter nescit seipsum. ideo totaliter est extra seipsum: et per consequens quia nunquam habitavit in seipso: neque intrauit in se: nec vidit se. ignorat se: nescit quid valet. et ideo dat se per nihil. scilicet per peccatum: et pro parvo gaudio et modica delectatione. Quia ergo homo totaliter est extra se. ideo si debet videre se: necesse est quod intret in se et intra se: et veniat ad se: et habitet intra se. Aliter est impossibile quod cognoscat se. nec videat se neque suam valorem: suam naturam: et suam pulchritudinem naturalem. Et quod homo ignorat seipsum a necessitate: et nescit domum suam in qua debet habitare. ideo necesse est quod alie res ducant eum in seipsum. Verum quod homo est in alio loco secundum naturam. ideo si debet ascendere ad se: necesse est cum habere scalam per quam ascendet ad se. Tunc autem homo ascendit et vadit ad se: quando incipit seipsum cognoscere et tot passus et gradus facit et ascendit: quot cognitiones de seipso accipit. Et tunc intrat in seipsum: quando cognoscit seipsum. Et quia modus cognoscendi hominis est: ut per illa que sunt sibi magis et primo nota: cognoscat que sunt sibi ignota. et per illa que scit: ascendet ad illa que nescit. et cum semper res minus nobiles et inferiores sint homini primo cognite. et res perfectiores digniores nobiliores sunt ei ultimo cognite. Et ideo quia homo est res dignior: superior et perfectior huius mundi. propter hoc cognoscit alias res inferiores. et ultimo cognoscit seipsum. Quapropter

Homo debet cognoscere alios ex seipso

Titulus. i

ut homo (q̄ tantū est elongatus à se p̄ cō/ gnitionē. q̄ totaliter ignorat se et sit extra se) possit reduci et venire ad se p̄ cognitio/ nem. ideo est ordinata rerum et creatura/ rum vniuersitas tanq̄ iter: via et scala im mobilis et naturalis: habens gradus fir/ mos et immobiles: p̄ quam homo veniat et ascēdet ad seip̄m. In qua vna res est infe rior: et alia sup̄ior. vna p̄fectior: et alia mi/ nus p̄fecta. vna nobilior et dignior q̄ alia ad modum cuiusdam scale ascēdēdo. Et iō ut homo possit venire ad ip̄ius cogni tionē: necesse erit sequētem ordinē obserua re.

Diuisio totius li/ bri p̄nci paliter i duo.

Primo oportet videre et considerare ordinē rerum int̄ se: et diuersos gradus rerum ordinatas in vniuerso. et cōsiderare quālibz rē in se. et quid hz in seip̄a. **Se cūdo** hoc p̄siderato oportet cōparare ho/ minē qui est sup̄mus int̄ omēs res mun/ di ad omēs alias res. Et ista cōparatio fit duobz modis. **Primo** scz p̄ p̄uenientiaz. Et secūdo p̄ differentiaz. ita q̄ necesse est considerare quaz cōueniētiam hz homo cum alijs rebz: et quā differentiam. **Postea** ex ista p̄ueniētia et differentia manifestabū tur omia q̄ scire debemus de homie et de deo. Quia p̄ illa q̄ sunt inferiora homie: itineramus et ascēdimus ad hominē. Et p̄ hominē imus et ascēdimus in deum: si/ cut p̄ verā scalam p̄ quā debemus ascen dere in cognoscendo. **Aliter** est impossibi le veritatem cognoscere recte. Ita q̄ duo sunt ascensus et due diete. **Prima** dieta ē primus ascensus. et est de oibz inferioribz vsq̄ ad hominē. **Secunda** dieta et secun dus ascensus est de homie vsq̄ ad deū.

Genera les ḡdus rez ad/ uicē que s̄: scala nature.

Quantū ad primū videndū est quomō multi sunt gradus rerū in mundo distin cti adinuicē: immobiles et firmi: ex q̄bz sca/ la nature cōponitur et ordiatur. Et oportet eos numerare et cogitare quēlibz p̄ se. vñ tota rerū vniuersitas reducitur ad q̄ttu or gradus generales. ex q̄bus q̄ttuor est composita scala nature. **Sed** tamē infra quēlibz gradum generalem sunt multi gradus speciales: qui sub vno gradu ge/ nerali continent̄. **Generales** aut gradus sic ordinant̄ adinuicē. **Omne** qd̄ est v̄l est tm̄: et non viuūt: nec sentiūt: nec intelligūt: nec discernūt: nec vult libere. ecce primus

gradus. **Uel** est et viuūt tm̄ et non sentiūt nec intelligūt rē. ecce secūdus gradus. **Uel** est: viuūt: sentiūt tm̄. et nō intelligūt rē. ecce tertius gradus. **Uel** est: viuūt: sentiūt: intel ligūt: vult libere. ecce quartus gradus. **Sic** ḡ ista quattuor esse: viuere: sentire et intel ligere continēt om̄ne quod est in istis q̄t/ tuor: omia claudūtur: et nihil ē extra ista quattuor. **Per** intelligere enim comp̄hē/ ditur discernere et velle libere. **In** p̄mo ḡ gradu sunt omia q̄ habent esse tm̄: et nō viuere nec sentire nec intelligere. **Et** sub isto gradu comp̄hendūtur infinite res. q̄ quibz omēs in hoc cōueniant: q̄ habent esse tm̄ et non viuere nec sentire rē. tamen sub illo esse tm̄ multū differūt adinuicē: s̄m q̄ vna res habz nobilior et dignior esse q̄ altera: et nobilior et dignior vir/ tutem et opationē q̄ altera. **Uñ** p̄mo in isto gradu continentur elementa. scz terra: ignis: aqua et aer. et vñ quodq̄ habz su/ am p̄p̄iam naturā p̄ se separata ab alijs. similiter aqua: aer et ignis. **Et** est ordo int̄ ip̄a. qz terra est infimū et quasi nullius no bilitatis. aqua nobilior et dignior et aer dignior q̄ aqua. et ignis nobilior q̄ aer. **Considerandū** est ḡ quodlibz istoruz p̄ se quantū fieri poterit: vt videatur quid ha bet i se grosse et vulgari modo. **Sub** isto etiam gradu cōtinētur omia que generā/ tur infra terrā. sicut sunt mineralia: vt me ralla. sicut est argētum viuū: plumbū: fer rum: cuprū: aurū: argentū: stannū. q̄ diffe runt adinuicem s̄m maiorem et minorem nobilitatē. **Et** est etiā lazurū: quod exce/ dit om̄ne metallū in nobilitate et p̄ciositate. **Et** est etiā ibi sulphur: salpetra: salgēma et aluna que sunt magne virtutis et vigoris. **In** isto etiam gradu sunt omēs lapides: tam p̄ciosi q̄ etiam alijs. **Cogita** ḡ quanta virtus: quantus valor est in lapidibz p̄e ciosis. nō ex parte quātitatis: sed ex parte virtutis. veluti sunt Carbunculus: Ja/ cincus: Smaragdus: Aristallus: Co/ rallus rē. **In** isto etiaz gradu cōtinētur omēs celi: et oia corpa celestia: omēs pla/ nete: omnes stelle: ac etiā alia que habent tm̄ esse et nō viuere. et omnes res artifica les: que in hoc oēs cōueniūt. quia habēt esse tm̄ et nō viuere. **In** secundo gradu

Primus gradus rerum.

Secūdo scale sunt omnia illa quae habent esse et vivere
 tamen et non sentire neque intelligere. unde il-
 la dicuntur vivere quae per se moventur sine alio
 sursum et deorsum: ante et retro ad dexte-
 ram et sinistra. In isto gradu continentur
 omnes plantae et arbores et herbe. quae dicun-
 tur vivere. nam moventur sursum: deorsum
 ante: retro et per se et sine alio. et hoc quan-
 do crescunt sursum: deorsum ante et retro
 et per se trahunt alimentum a terra: et nutriuntur
 continue et crescunt et augumentantur et
 generant sua semina et suos fructus. Et
 ideo dicuntur vivencia. quia per se nutriuntur:
 generantur et augumentantur. et hoc per
 virtutem propriam quam habent in se. et ideo
 per se moventur. et hoc non habent demerita nisi
 si per quandam similitudinem. In isto autem gra-
 du sunt due differentie. scilicet herbe et arbo-
 bores. Et res dignior est arbor quam herba.
 Sub isto gradu continentur innumerabi-
 les res. scilicet species et complexioniones arbo-
 rum quae differunt ad invicem. et una non est alia.
 et una est nobilior altera. Similiter con-
 tinentur innumerabiles species herbarum.
 et virtutes et nature earum quarum una
 non est alia: et quilibet habet suam propriam
 naturam et virtutem. **In tertio** gradu
 sunt omnia illa quae habent esse: vivere et
 sentire tamen. Et istud sentire continet sub se
 videre: audire: gustare: odorare et tangere
 et omnes operationes quas habent animalia bru-
 ta plus quam arbores et herbe. Sub isto gra-
 du continentur omnia animalia siue sint in ter-
 ra siue in aqua siue in aere. sicut sunt ani-
 malia terrestria quadrupedia: reptilia: vo-
 latilia atque pisces. Considera quot sunt
 species animalium que ambulat super ter-
 ram. et differentias et diversitates eorum
 ac species et differentias avium: et nobili-
 tates earum. similiter piscium. In ani-
 malibus autem sunt tres gradus per quos
 animalia ad invicem ordinantur et dividuntur
 atque distinguuntur. Quoniam quaedam
 sunt animalia que habent sensum tactum: tamen
 non habent memoriam neque auditum. sicut
 conchilia et animalia arboribus affixa et ra-
 dicibus. Et iste est primus et infimus gra-
 dus. Quaedam enim sunt que habent sensum
 tactum et memoriam et non auditum: ut for-
 mica. et iste est secundus gradus. Quaedam

sunt que habent sensum: memoriam et au-
 ditum: ut animalia perfecta: ut canes: catrus et
 similia. et iste est tertius gradus. **Quartus**
 gradus non potest esse. scilicet quod aliqua sint quae
 habeant auditum et non memoriam. quia ubi
 cunctus est auditus: ibi est memoria relicta
 ex auditu. Prima animalia quia non habent
 memoriam: non habent etiam prudentiam. et quia
 non habent auditum: non sunt disciplina-
 bilia: nec possunt moveri de loco ad locum
 distantem. quia nullum animal potest move-
 ri de loco ad locum nisi habeat memori-
 am. **Secunda** animalia que sunt in secun-
 do gradu quia habent memoriam: habere
 possunt aliquam prudentiam: et moveri pos-
 sunt de uno loco ad alium. sicut dicimus:
 quod aliqua prudentia est in formica: quando
 congregat grana frumenti ad aliquem cer-
 tum locum. et hoc est propter memoriam: sed
 quia non habent auditum. ideo non sunt di-
 sciplinabilia. **Tertia** animalia que sunt in
 tertio gradu. quia habent memoriam et au-
 ditum. ideo sunt aliquo modo disciplina-
 bilia: ut canes et aves. Et ista omnia tam-
 de primo quam secundo et tertio continentur sub
 generali gradu. scilicet sub tertio. quia om-
 nia dicuntur sentientia. Tamen animalia primi
 gradus sunt propinquissima plantis. et
 ideo sunt infima. Animalia secundi gradus
 sunt magis distantia a plantis. et ideo sunt
 nobiliora. Animalia tertii gradus sunt ma-
 gis elongata a plantis. et ideo sunt adhuc
 nobiliora. Et hoc de tertio gradu. **In**
 quarto gradu sunt omnia illa que habent
 esse: vivere: sentire et intelligere: discerne-
 re: velle et nolle libere: siue que habent li-
 berum arbitrium. In isto gradu sunt ho-
 mines quibus nihil deficit in natura: nec
 quod aliquid potest eis ultra addi. quia su-
 pra liberum arbitrium non est aliquis gra-
 dus: nec est ascensus ulterius in natura.
 Non enim est maior dignitas naturalis
 quam est liberum arbitrium: unde quia ho-
 mines habent rationem. ideo possunt in-
 telligere: discernere: iudicare: ratiocinari.
 et sunt capaces et susceptibiles cognitio-
 nis experimentalis: et artis et scientie: ac
 doctrine: quod non habent alia animalia. Et
 quia habent liberum arbitrium secundum natu-
 ram. ideo possunt velle et nolle consentire

Quartus
 gradus

Tit. ij. De cōparatiōe hōis ad alias res

z discernere sponte z libere absq; coactio-
ne: quod nō possunt alia animalia. De isto
quarto gradu latius dicitur i titulo. lxi.
lxij. z. lxx. zc. Et sic complera ē tota sca-
la nature cum suis gradibus. Et hec est
prima cōsideratio in hac scientia radica-
lis et fundamentalis. scilicet considerare
istos gradus in se z bene plantare z radi-
care eos i corde: z figurare sicut in natu-
ra realiter.

Sequitur comparatio hominis ad alias
res inferiores fm cōueniētiā et differē-
tiam: siue comparatio quarti gradus ad
tres gradus pcedētes. Et primo fm con-
ueniētiā: z hoc dupliciter. scz fm cōue-
niētiā generalem: z fm cōueniētiā
specialem.

Incipit
pma ps
pncipal
b^o opis

Consideratis
istis gradibus reruz q; sunt
in mundo p sensum z expe-
riētiā. de quibus nullus potest dubi-
tare. Nūc oportet facere comparatiōem
et comparare vnam rē ad aliam: compa-
rare hominē ad omēs alias res. z hoc fm
cōueniētiā et differētiā. scz in quo cō-
uenit homo i alijs rebus inferioribz: et in
quo differt ab eis. Et i ista comparatio-
ne cognoscat seipm. et hoc quod est supra
ipm. scz deum et suum cōditorem. Non
sideret ergo homo primo cōueniētiā quā
habz cum alijs rebus. Et primo genera-
liter. secundo specialiter. Unde homo cō-
uenit cū omnibz alijs rebz insensibilibz:
et habz cōueniētiā cum eis. quia ha-
bet i se illa que alie res insensibiles habēt
et easdem pfectiones et oēs gradus. Un-
de habet in se eē sicut res in primo gra-
du: vt sunt elementa. quia continet in se
(licet inuisibiliter) quattuor elemēta z sub
alia forma. et nutritur p elementa: z habz
vitā in eis: et habitat in eis: et sine eis
nō potest viuere z conseruari p vnuz mo-
mentum. z sic cōuenit cum eis et cū omni-
bus que habēt esse tñm et nō viuere gene-
raliter. Item uenit cū rebz secūdi gra-
dus: vt sunt plante et arbores z herbe. qz
bz esse: viuere et nutrirī: sicut ille augmen-
tari: generare zc. Quoniā homo viuūt: nu-

Genera-
lis cōue-
niētia
hōis cū
alijs re-
bus.

Secun-
da cōue-
niētia.

trif: crescit: generat sicut arbores z plan-
te. Etiam conuenit cum rebz tertij gra-
dus: vt cum animalibz brutis que habēt
esse: viuere et sentire. vnde homo habz vi-
sum: auditum: gustum: tactū z odoratū:
dormire et vigilare: comedere: bibere si-
cut alia animalia. Ergo magnā cōueniēti-
am habz cū eis. Illa ergo que sunt i alijs
rebus trium graduū sunt in homie. Er-
go habet cōueniētiā. cōfraternitatem et
amiciciā cū omnibz alijs rebz inferioribz.
Sed tamē debet homo considerare q; il-
la que res inferiores habent diuisim: bo-
mo habet omnia illa cōiunctim et simul:
vt declarandū est. Nāz omnia hz homo
et nihil sibi deficit de omnibz quattuor gra-
dibus: nec aliquid potest supaddi: nec ali-
quis gradus potest esse supra hominē in
dignitate. quia habet esse: viuere: sentire
et intelligere: et liberum arbitrium. et sic
que sparsim z diuisim sunt in alijs rebz:
per suas portiones sunt in homie cōiun-
ctim: et nihil ei deficit.

Tertia
conueni-
entia.

Nota.

Hic ostendit fructus qui ex ista cōpa-
ratione sequitur. quoniā ad oculū proba-
tur et cōcluditur q; aliquis est domin^o in-
uisibilis supra hominē q; ipm condidit:
z omēs istos gradus ordinauit.

Titulus. iij.

Nunc oportet
considerare quid debet homo
arguere et concludere ex ista
comparatiōe. et quid debet exinde argue-
re: certe quia homo habet coniuictim. et
similiter illa que alie res habent diuisim:
debet arguere q; ille idem qui ordinauit
diuisim alias res et naturas: dando cui-
libet suam portionem: q; ille idem nume-
ro et non alius coniunxit omia simul in
ipso homine. scz coniunxit esse: viuere: sen-
tire z intelligere z liberū arbitrium. Er-
go ille idē q; dedit rebz inferioribz hoc qd
habent: dedit homini hoc qd habet. Er-
go sicut homo nō dedit alicui rei inferio-
ri hoc qd hz. ita sibi metipm nō dedit illud
qd habet. Sicut ergo homo nō dedit in-
feriori rei eē neq; viuere neq; sentire. Ita
nec homo dedit sibi ipsi neq; esse: viuere:
neq; sentire neq; intelligere. Ergo eadez